Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1210
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



siderabis: et retributionem peccatorum videbis Quoniam tu
es domine spes mea altissimum posuisti refugi
um tuum Non accedet ad te malum: et flagellum
non appinquabit tabernaculo tuo Quoniam angelis su
is mandauit de te ut custodiant te in omnibus
uiis tuis In manibus portabunt te ne forte of
fendas ad lapidem pedem tuum Super aspidem et
basiliscum ambulabis et conculcabis leonem et dra
conem Quoniam in me speuit liberabo eum protegam
eum quoniam cognouit nomen meum Clamauit ad
me et exaudiam eum cum ipso sum in tribula
tione eripiam eum et glificabo eum Longitudi
ne dierum replebo eum: et ostendam illi salutare meum
Bonum est confiteri domino: et psallere nomi
no tuo altissime Ad annunciandum mane
misericordiam tuam: et ueritatem tuam per noctem In
decichordo psaltherio cum cantico in cytharam
delectasti me domine in factura tua: et in operibus ma
nuum tuarum exultabo Quam magnificata sunt opera
tua domine nimis profunde facte sunt cogitationes tue
Vir insipiens non cognoscet: et stultus non intelli
get hec cum exorti fuerint peccatores sicut fenum: et ap
parauerint omnes qui operantur iniquitatem Ut interi
ant in seculum seculi: tu autem altissimus sum in eternum
Quoniam ecce inimici tui domine quoniam ecce inimici tui
peribunt: et dispergentur omnes qui operantur iniquitatem
Et exaltabit sicut unicornis cornu meum: et se
nectus mea in misericordia uberi Et despexit oculus meus
inimicos meos et insurgentibus in me malignan
tibus audiet auris mea Iustus ut palma flo